

cont' fornicatione .

87

Et ecce infelix illa clamauit dicens Abba fere comedet me hic Ille autem itez turbatus est timens etiam iudicium dei dicebat Unde inuenit hec inia. Et aperiens ostium introduxit eam intro Cepit autem dyabolus velut sagittis stimulare eorum in eam Qui cum intellexisset dyaboli esse stimulum dicebat in seipsum Die iuniorum tenebre sunt filius autem dei lux est Et surgens incedit lucernam Et cum inflammaret desiderio dicebat quoniam miam qui talia agunt in tormenta vadunt Proba ergo tempus ex hoc si potes sustinere ignem eternum Et mittebat digitum suum in lucernam Quez cum incedisset ardens non sentiebat propter nimiam flammam cuius piscicarie carnalis Et ita facies vsque mane incedit omnes digitos suos Illa autem infelix videns quod faciebat a timore velut lapidea facta est Et venientes mane iuuenes qui eam miserant ad monachum illum dicebant Venit hic mulier sero Ille autem dixit etiam Ecce vbi dormit Et intrantes inuenerunt eam mortuam et dicunt Abba mortua est Tunc ille repauiens palliolum suum quod utebatur ostendit eis manus suas dicens Ecce quod fecit mihi filia ista dyaboli: perdidit omnes digitos meos Et narrans eis quod factum fuerat dicebat Scriptum est Non reddes malum pro malo Et facies quodcumque suscitauit eam Que uersa caste egit infiduum tempus vite sue **C**arui

Hater quidam impugnat a fornicatione dicit autem

veniret in viam quendam Egypti et videns filiam sacerdotis paganorum adamauit eam Et dixit patri eius da mihi eam uxorem Ille autem respondens dixit ei Non possum eam dare tibi nisi interrogauero deum meum Et abiens ad demonem quem colebat dixit ei Ecce monachus quidam uenit uolens accipere filiam meam do eam illi Et respondens demon dixit Si negat deum suum et baptismum et propositum monachi interroga eum Et ueniens dixit ei Nega deum tuum et baptismum et propositum monachi et dabo tibi filiam meam Ille uero consensit Et statim uidit uelut columbam exire de ore suo et uolare in celum Pergens autem sacerdos ad demonem dixit Ecce promissit facta illa factum Tunc respondens dyabolus dixit ei Non des ei filiam tuam in uxorem quia deus eius non recessit ab eo hoc adhuc adiuuat eum Et ueniens sacerdos dixit fratri illi Non possis eam tibi dare quia adhuc deus tuus adiuuat te et non recessit a te Hec audies frater dixit in seipso Si tanta bonitate ostendit deus in me cum ego infelix negauerim et ipsum et baptismum et propositum monachi bonum autem deus etiam sic malum nunquam adiuuat me cur ego recedam ab eo Et in seipso reuersus recepit sobrietate mentis Et uenit in heremum ad magnam quendam senem et narrauit ei rem quam fuerat acta Et respondit ei senex Sed mecum in spelunca et ieiunia tres hebdomadas diuinas et orationes deprecor deum pro te Et laborauit senex pro fratre et dicitur eum diem